

TIT. XXVI.

DE CONCUBINIS¹.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Populum.

Nemini licentia concedatur, constante² matrimonio concubinam penes se habere. — Dat. 18 kalend. Jul. CONSTANTINUS patre et filio Conss. 320.

TIT. XXVII.

DE NATURALIBUS LIBERIS, ET MATRIBUS EORUM, ET EX QUIBUS CAUSIS JUSTI EFFICIENTUR³.1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Gregorium⁴.

Senatores seu praefectos, vel quos in civitatibus duumvirilitas, vel sacerdotii, id est Phoenicarchie⁵ vel Syriarchie ornamenta condecorant; placet maculam subire infamia et alienos a romanis legibus fieri, si ex ancilla, vel ancillula filia, vel liberta, vel liberta filia, vel scena⁶, vel scenica filia, vel tabernaria, vel tabernaria filia, vel humili, vel abjecta [persona], vel lenonis, aut arenaria filia, vel que mercimonis publice praefuit, susceptos filios in numero legitimorum habere voluerint, aut proprio iudicio, aut nostri praerogativa rescripti: ita ut quicquid talibus liberis pater donaverit (seu illos legitimos, seu naturales dixerit) totum retractum legitime soboli reddatur, aut fratri, aut sorori, aut patri, aut matri. Sed et si uxori tali quodcumque datum quolibet generi fuerit, vel emptione collatum: etiam hoc retractum reddi precipimus: ipsas etiam, quarum venenis insicuntur animi perditorum [si] quid queritur, vel commendatum dicitur, quod his reddendum est, quibus jussimus, aut fisco nostro) tormentis subjici jubemus. Sive itaque per ipsum donatum est, qui pater dicunt, vel per alium, sive per interpositam personam, sive ab eo emptum, vel ab alio, sive ipsorum nomine comparatum: statim retractum reddatur, quibus jussimus: aut si non existant, fasci juribus vindicetur. Quod si existant, et in praesentia rerum constituti agere noluerint, pacto vel jurejurando⁷ exclusi: totum sine mora fiscus invadat. Quibus tacentibus, et dissimilantibus ad defensionem fiscalem duorum mensium tempora limitentur: intra que si non retraherint, vel propter retrahendum rectorem provinciae [non] interpellaverint; quicquid talibus filiis, vel uxoris liberalitas impura contulerit, fiscus noster invalidat, donatas vel commendatas res sub pena quadruplici severa questione perquirens. — Dat. 12 kal. Augst. Carthaginie, NEPTIANO et FACUNDO Conss. 336.

In AUTHENT. ut lic. mat. et avie, § quia vero legem, col. 8, tit. 18, al. 13, Novell. 117, cap. 4.

Sed novo jure hujusmodi mulieres cum omnibus hominibus contrahere nuptias possunt, etiam cum praeditis magnis dignitatibus, dum tamen dotalia instrumenta super hoc conficiantur ab illustribus. Reliqui vero citro eos, qui majoribus decorati sunt dignitatibus; solo affectu nuptias contrahere possunt, dum tamen liberæ sint, cum quibus tunc nuptias celebrare.

2. Imp. ANCIA. et HONORIUS AA. Anthemio P. P.

Matre, vel legitimis filiis, vel nepotibus, aut pronepotibus, cuiuscunque sexus, uno pluribus existentibus honorum suorum unam tantum⁸ unciam pater naturalibus filiis seu filiabus, eorumque genitrici: vel si sola sit concubina, semiunciam largendi, vel relinquendi habeat potestatem. Quicquid vero ultra modum concessum relictum sit, legitimis filiis, vel matri, vel ceteris successoribus jure reddatur. — Dat. id. novemb. STILICHONE 2 et ANTHEMIO Conss. 403.

In AUTHENT. quib. mod. natu. eff. sui, § Ne igitur, col. 7, tit. 1, Novell. 89, cap. 12.

Nunc soli liberi naturales, et legitimū ad hunc modum coarctant: non etiam mater.

3. Imp. THEOD. et VALENT. AA. ad Apollonium P. P.

Si quis [naturalem] duxat secunditatem sortiatur, seu liber ipse, seu curie sit nexibus obligatus, et tradendi filios naturales, vel omnes, vel quos quevme maluerit: ejus civitatis curia⁹, unde ipse oritur, et in solidum heredes scribendi liberari ei concedimus facultatem. Quod si cui non ex urbe¹⁰, sed [ex] vico vel possessione qualibet oriundo natura-

Tit. XXVI. — 1. Lib. 25, D. 7; N. Leon. 91. — 2. L. ult. in fin. infr. communia de manu. — N. 18, c. 5; N. 89, c. 12, § 5; immo vide d. N. Leon. 91.
Tit. XXVII. — 1. N. 89, aida N. 74. — 2. d. N. 89, c. 15. — 3. Abrog. a. c. 15. — 4. L. 7, in fin. supr. de incest. — 5. L. 5, supr. de legib. — 6. Abrog. L. 8, infr. h. t.; N. 89, c. 12. —

les liberi contigerint, eosque velit sub conditione praedicta curiae splendore honestare, et hereditatis opibus adjuvare, ejus civitatis adscribendi sunt ordini, sub qua vicus ille ac possessio censemur. Quod si alterutram regalium civitatum patriam sortiatur, sit ei liberum susceptare ex iniquali conjugio sobolem, cuiuscunq; civitatis decurionibus immiscere: dummodo civitas, que eligitur, totius provinciae tenet principatum. Indiguum enim est, ut qui sacratissima urbis ubere gloriatur, naturales suos non illustris ordine civitatis illuminet. Et hoc, sive postrema definita [volunte,] sive donatione cuiuslibet quantitatis in liberos naturales pater conferat. Et quod de subeunda sorte curiali, seu testamento, seu actuum fide constituit, ita ratum esse stabiliterque volumen observari, ut sive abstinentia [ab] hereditatibus, sive abdicando donationes naturales liberi curiale voluerint evitare fortunam, posteaque paternarum opum, vel in solidum, vel ex parte reperti fuerint possessores, licet eas alienaverint, omnimodo ad conditionem, in qua pater eos amplificatis opibus esse voluit, etiam inviti cogantur accedere. Sed et si filiam naturalem vel filias habuit, et eam vel eas curiali, vel curialibus civitatis, ex qua oriundus est, vel sub qua vicus vel possessio, unde oriatur, consistit, vel ejus civitatis, qua principatum totius provinciae tenet, matrimonio¹¹ collocavit: hec eadem in persona ejus, vel earum ad exemplum marium obtinebut. Quid enim interest, utrum novos lex faciat curiales, aut forcat, quos inventi? — Dat. 16 kal. Januar. Constantinop. EUODIO et DIOSCORO Conss. 442.

4. Imp. LEO et ANTHEMIUS AA. Armasio P. P.

Quoniam desideria morientum [ex arbitrio viventium] non sine justa ratione colligimus: et is, qui naturalem filium habens, honorantibus legibus ultra ad instar legitimi filii municipalibus eum voluit aggregare munieribus, et doneare patria principalem: manifestavit notumque fecit sine dubio professione certissima facultatum suarum omnium elegisse se ad affectione debita successorem: cum certe hujusmodi personis adeo sacrae constitutione subvenient sit, ut nec renunciandi eis, aut alienandi, vel repudiandi paternas hereditates aut donationes in fraudem curiae concedatur facultas: sed munieribus patria susceptis patrimonia subire cogantur: nullam et diverso calumniantium vocem penitus patiemur admitti; sed ipsum Philocalum, et paternorum bonorum omnium ab intestato heredem, et nostra civitatis curiae principalem injuncta, vel injungenda sibi munera subire, ex eoque genitos, vel nascituros filios similiiter paterna conditioni subjecimus precipimus. Et hujusmodi formam in duorum mensium tempora limitentur: intra que si non retraherint, vel propter retrahendum rectorem provinciae [non] interpellaverint; quicquid talibus filiis, vel uxoris liberalitas impura contulerit, fiscus noster invalidat, donatas vel commendatas res sub pena quadruplici severa questione perquirens. — Dat. 12 kal. Augst. Carthaginie, NEPTIANO et FACUNDO Conss. 442.

5. Imp. ZENO A. Sebastianio P. P.

Divi Constantini [qui veneranda Christianorum fide romanum munivit imperium] super ingenui concubini ducentis uxoribus, filiis quintam ex iisdem, vel ante matrimonium, vel postea progenitis, suis ac legitimi habendis, sacratissimam constitutionem renovantes, jubemus eos, qui ante hanc legem ingenuarum mulierum nuptiis minime intercedentibus, electo contubernio, cuiuslibet sexus filios procreaverint: quibus nulla videlicet uxor est, nulla ex iusto matrimonio legitima proles suscepit: si voluerint eas uxores ducere¹², qua antea fuerant concubinae: tam conjugium legitimum cum hujusmodi mulieribus ingenuis (ut dictum est) posse contrahere, quam filios utriusque sexus ex earendem mulierum priore contubernio procreatos, mox postquam nuptias cum matribus eorum fuerint celebatae, suos patri, et in potestate fieri: et cum his, qui postea ex eodem matrimonio suscepti fuerint, vel solos [si] nullus alius deinde nascatur) tam ex testamento volentibus patribus etiam ex integro succederet, quam ab intestato petere hereditatem paternam: patritis, que [matrimonii] tempore super dotibus vel ante nuptias donationis rebus subsecuta fuerint, etiam ad ipsorum¹³ personas pertinentibus: ut una cum fratribus suis postea ex eisdem parentibus forte progenitus, aut soli (si nullus alius sit procreatus) dotis et ante nuptias donationis pro tenore legum, nec minus pactorum emolumenta percipient. Hi vero, qui tempore hujus sacratissima iussionis necdum prolem aliquam ex ingenuarum concubinarum consortio meruerint, minima hujus legis beneficio perfiruant: cum licet easdem mulieres sibi prius iure matrimonii copulare, non extantibus legitimis liberis, aut uxoribus, et legitimis filios (utpote nuptiis praecedentibus) procreare: nec audeant quos ex ingenua concubina dilato post hanc legem matrimonio nasci voluerint, ut

7. L. 9, in fin. infr. h. t.; N. 89, c. 2, § 2, ult. Inst. de nuptiis. — 8. Add. d. N. 89, c. 2, § 2; L. 4, § 2, D. de censib. — 9. d. c. a. § 5, d. 2 ult. Inst. de nuptiis. — 10. L. 6, infr. h. t., d. 2 ult. Inst. de nuptiis; N. 12, c. 4; N. 89, c. 3. — 11. Arg. L. 24, D. de pact. doct. L. 3, D. de operis libert.

justi ac legitimi postea videantur, magnopere postulare. — Dat. 10 kalend. Mart. BASILIO 2 et ARMAS. Conss. 476.

6. Imp. ANASTASIUS¹² A. Sergio P. P.

Jubemus eos, quibus nullis legitimis existentibus liberis, in praesenti aliquas mulieres uxoris loco habentur, ex his sibi progenitos seu procreandos, suos et in potestate legitimos habere, propriasque substantias ad eos vel per ultimas voluntates, vel per donationes, seu alios legi cogniti titulos (si voluerint) transferre: ab intestato quoque ad eorum hereditatem vocandos, nec alias questiones seu altercationes exercendi sub qualibet astutia subtilique legum vel constitutionum occasione super his, vel agnatis seu cognatis genitoris eorum, vel quibusdam alius superesse facultatem in posterum. Nihilominus quisquis hujusmodi mulierem uxoris loco dotabilis instrumentis confessus habuerit, pro ejus sole similem eandemque formam custodiri: ne admiratur ei licentia sibi quodammodo per liberos proprium suum patrimonium acquirendi. Filios insuper et filias jam per divinos auctias a patribus suis in arrogationem¹⁵ suspectos, vel suspecta, hujus providentissime nostra legis beneficio et juvamine potiri censemus. — Dat. kal. april. ANASTASIO A. 4 et AGAPITO Conss. 508.

7. Imp. JUSTIN. A. Marino P. P.

Legem Anastasi¹⁴ divina recordationis, qua super naturalibus filiis emissam est, in his¹⁵ valere tantum casibus concedimus, qui nunc usque subiecti sunt, pro ejusdem legis tenore in matrimonio tunc constantibus, vel postea contractis: ita tamen, ut non aliunde progenitis subveniente credatur, quam non ex nefario nec incesto conjugio. Naturalibus insuper filiis vel filiabus ex cuiuslibet mulieris cupidine non incesta¹⁶, non nefaria procreatis, et in paterna per arrogationem seu per adoptionem sacra susceptis, ex divinis iussionibus, sive antequam eadem lex irreperit, sive post eandem legem usque ad presentem diem, non sine ratione duximus suffragandum: ut adoptio seu arrogatio firma permaneat, nullis prorsus improbanda questionibus: quasi quod impetraverunt, lege quada interdictum sit: quoniam et si qua prius talis emergebat dubitatio, remittenda fuit, moveente misericordia¹⁷: qua indigne non sunt, qui alieno laborant vitio. Sint itaque post eandem arrogationem seu adoptioem non sui, et in potestate patrum: successionesque tam ab intestato quam ex testamento capiant, prout in arrogatis seu adoptatis constitutum est. In posterum vero sicut omnes legitimis matrimoniorum legitimam sibi posteritatem querendam, ac si praedita constitutio lata non esset. Injusta namque libidinum desideria nulla de cetero venia defendet: nullum sublevabit novum adminiculum prater anteriorum dispositionum ordinem, non ante lata sanctio, quam ex hoc die resecandam pia suggestio ratio: non arrogationem vel adoptionem praetextus: qua ulterius minime ferenda sunt: non astutie, sive divinis affectandas literis, sive quibusdam illicitis ambienda machinationibus: cum nimis sit indignum, nimis item impium, flagitis prasidia querere ut et petulantie servire licet, et jus nomenque patris, quod eis denegatum est, id altero legis colore prasumant. — Dat. 8 id. novembr. JUSTINO AA. et EUTHERICO Conss. 519.

8. Imp. JUSTIN. A. Mennae P. P.

Humanitatis¹⁸ intuitu naturalibus patribus hoc indulgemus, ut licet eis nulla legitima sobole, vel matre subsidente, naturalem vel naturales filios, matremque eorum non tantum ex tribus uncis, (quod praterita leges permittebant) sed etiam ex duplice portione, id est sex uncis heredes scribere: ut licet ab intestato nullam communionem ad patris naturalis successionem habeant, ex supra tamen [ejus] voluntate permittatur eis usque ad praedictas sex uncias (si hoc scilicet naturalis pater voluerit) hereditatem ejus capere: ita tamen ut memoriam sex unciarum quantitatem in omnibus naturalibus filiis et matre eorum minime testator excedat, quam et in legis, et in fideicommissis eius relinquentis, et dotibus¹⁹, et donationibus tam alii, quam ante nuptias usque ad sex unciarum estimationem liberam [similiter] naturalibus eorum patribus damus potestem. Haec autem in futuri tantummodo testamentis, vel ultimis voluntatibus, vel dotibus, vel donationibus locum habebunt. — Dat. kal. Jun. DN. JUSTINIANO A. 2 Cons. 528.

In AUTHENT. quib. mod. naturales eff. sui, § Si vero filios, et § fin., col. 6, lit. 4, Novell. 89, cap. 12, et cap. 18.

Licet patri si legitima prole seu parente, cui relinquit necesse est, de edenti, naturalibus totam substantiam suam vel inter vivos largiri, vel in testamento transmittere. Quod si parentes duxerat ei super-

sint: legitima²⁰ parte parentibus relicta, reliquum inter naturales distribui permittitur. Ab intestato²¹ vero cum de sit soboles civilis; nec supersit conjunz²² legitima: si naturales ex concubina extant, que sola fuerit ei indubitate affectu conjuncta, in duas paternae substantiae uncias succedant, ut matri inter eos virilis portio (si superest) detur. Hujusmodi enim naturales filios pasci boni viri arbitrio est nesciisse: sive legitimi extant, et succedant: sive conjugi viva quilibet alii sunt heredes. Hi ergo et parentibus parem present, si opus sit, pietatem. Sed qui ex damnato sunt coitu, omni prorsus beneficio²³ secludantur.

9. Idem, A. Mennae P. P.

Communum rerum esse utilitatem recte judicantes, lucidis et omni ambiguitate segregatis legibus uti nostro subjectos imperio, ad praesentem sanctionem venimus: per quam omni dubitatione amputata, quae usque adhuc obtinebat, certissimum facimus, ut quoties naturales filii curiali²⁴ fortuna patria sui genitoris assignantur, vel adhuc vivente patre, vel post ejus obitum, pro dispositione testamenti ab eo conditi; et eō modo legitima jura in paterna successione adipiscantur, [ut] (quod recte fieri minime dubium est) licet illustrem²⁵ dignitatem, ex qua curialis fortuna liberatio competere non potest, naturales filii antea meruerint: ne permittatur eis contra substantiam ab eodem naturali patre descendenti, vel ascendentium, vel ex latere agnitionis, vel cognitionis jure eidem patre conjunctorum (licet ipsis legitimi successores eidem naturali patri per memoriam fortunam efficiantur) aliquod jus sibi vindicare. Quod et in his locum habebit, qui jam a naturali patre curiali conditione traxit, et adhuc superstites sunt: eodem scilicet modo nec illis contra substantiam ejusdem naturalis filii, vel ex eo descendenti[um] [vel ascendenti]um, vel a latere conjunctorum, aliquod sibi jus vindicare valentibus. Sed si quidem iste naturalis filius, sive postquam legitimus successor patri effectus sit, sive in antecedente tempore, filios ex legitimo matrimonio, vel alios descendentes liberos habeat: eos modis omnibus ab ejus successione, sine testamento morientis vocari, nec curia locum esse, prater quam si quarta²⁶ portio honorum ejus eidem curiae debeatur, eo quod nullus forte ex mortui liberis curialia munera peragere cogitur: illo videlicet observando, ut hi, quos [iste] naturalis filius, postquam fortuna curiali datus est, procreaverit, et decuriones sine dubio sint, et curialia peragere munia compellantur²⁷.

§ 4. Si vero sine libeis cuiuscunq; gradus intestatus decesserit: si quidem matre superstite, terciam quidem partem bonorum ejus matrem habere, duas vero alias partes curiam, cui a patre datus est. Sin autem matre quidem defuncti non superstite, alii vero cognati ex materna linea descendentes, vel ascendentis, vel ex latere venientes ad ejus vocentur successionem: tunc ea quidem, qua a patre naturali ad eum pervenirent, [eudem] curiae competere. Si quid vero filio postea legitimus successor effectus, vel a matre sua, vel aliunde quoconque legitimo modo acquisitum sit, hoc ad proximos maternos ejus cognatos pervenire. Illo videlicet observando, ut siue matre ejus superstite, sive ea ante filium mortua, aliquis ex ejus genere ejusdem curiae fortunam subire paratus sit: licet [eij] offerten se eidem curiae, bona mortui, quae de substantia patris ad cum pervererunt capere, monique peragere curialia: quo accidente, mater defuncti (si adhuc supersit) non solum tertiam partem eorum, qua extra paternam substantiam filius ejus aliunde acquisiverit, sed etiam omnia ea, vel ipsa sola, vel cum coheredibus suis capiet. — § 2. Ea vero, qua de successione naturalis filii post curiale conditionem morientis constitutum, non tantum in his locum habere debent, qui postea a patre suis naturali curiae dati fuerint: sed etiam in illis, qui jam dati sunt, si tamen adhuc supersit. Quod si ante presentem sanctionem mortui sunt, minime ad eorum successionem eandem nostram sanctionem extendimus. — § 5. Et quoniam omnino favendum est curiis civitatum: illud etiam in hanc partem addendum esse censemus, ut licet patribus naturales filios curiae²⁸ patria sue tradere, non solum nulla²⁹ eis legitima sobole existente, sed etiam si filios, vel alios liberos ex legitimis matrimoniorum procreatos habent, et eo modo naturales quoque filios sibi legitimis successorebus efficiere: ita tamen, ut minime eisdem patribus licet per donationem, vel ultimam voluntatem amplius [eudem] filio naturali dare, vel relinquere, quam uni filii ex legitimo matrimonio procreato dederit, vel reliquerit, cui minima portio data, vel relicta sit. — Dat. kal. Jun. DN. JUSTINIANO A. 2 Cons. 528.

10. Idem, A. Demostheni P. P.

Cum quis a muliere libera, et cuius matrimonium non est legibus in-

Intra vide L. 1, infr. unde vir et uxor. — 23. Add. Auth. ex complexa, supr. de incestis. — 24. N. 89, c. 7—16. N. 74, c. 6. — 25. L. ult. infr. de decur. — 26. L. 1, infr. quando et quib.

terdictum, cujusque consuetudine gaudebat, aliquos liberos habuerit, minime dotalibus instrumentis compositis, postea autem ex eadem affectione⁵⁰, etiam ad nuptialia pervenerit instrumenta, et alios iterum ex eodem matrimonio liberos procreaverit: ne posteriores liberi, qui post dotem editi sunt, sibi omne paternum patrimonium vindicare audeant, quasi justi et in potestate effecti, fratres suos, qui ante dotem fuerant natii, ab hereditate paterna repellentes: hujusmodi iniuritatem amputandam censemus. Cum enim affectio prioris sobolis, et ad dotalia instrumenta efficienda, et ad posteriorem filiorum edendam progeniem praestiterit occasionem, quomodo non est iniquissimum, ipsam stirpe secunda posteritatem [priorem] quasi injustum excludere: cum gratias agere fratribus suis posteriores debeant, quorum beneficio ipsi sunt justi filii, et non enim ordinem consecuti? Neque enim verisimile est, eum, qui postea vel donationem, vel dotem consisperit, ab initio talis affectio non circa mulierem non habuisse, qua eam dignam esse uxoris nomine faciebat. Quapropter sancimus in hujusmodi casibus omnes liberos⁵¹, sive ante dotalia instrumenta editi sint, sive postea, una eadem lance trutinari, et omnes [filios] suos in potestate suis existere genitoribus, ut nec prior, nec junior illo habeatur discriminis: sed qui ex iisdem matrimonii procreati sunt, simili perfruant fortuna. — Dat. 15 kal. octob. Chalced. DECIO V. C. CONSS. 529.

11. *Idem*, A. Julianus P. P.

Nuper legem conscripsimus, qua jussimus, si quis mulierem in suo contubernio collocaverit, non ab initio affectione⁵² maritali (eam tamen, cum qua poterat habere connubium) et ex ea liberos sustulerit, postea vero affectione procedente, etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit. Volebat enim tali naturali nepoti ex suo legitimo filio jam defuncto progenito totam [suam] substantiam relinquere, quasi sacris constitutionibus tantummodo in filiis naturalibus prohibentibus totum patrimonium, sive quantum partem voluerit, eis relinquere, et certo fine partes eorum concludentibus? Hujusmodi autem dubitatio, et in alia [dubitacionis] specie ventilata est. Quid enim, si ex naturali filio nepotem habeat avus legitimum patrem suo, vel naturale? In omnibus itaque talibus dubitationibus, cum nulla legitima consequentia in hujusmodi personis custoditur, sed interventu soboli naturalis nullum jus legitimum subesse potest, ut necessitas relinquendi aliquid eis ex legibus immineat: licet eis, quantum voluerint sua substantia in eos conferre: scilicet nulla legitima sobole subsistente. Filiis enim naturalibus relinquendi constitutiones, quantum voluerint, ideo prohibuerunt, quia virtutum paternum refrenandum esse existimaverunt. In nepotibus autem non eadem observant in prefatis speciebus custodienda est, ubi legitima soboles minime facit impedimentum. Ea enim subsistente: veterum constitutionum tenorem in naturalibus filiis, statutum, in nepotes extendimus. Sed hoc in his tantummodo sancimus, in quibus voluntate aliquid consecuti sunt. Jura enim ab intestato in avi⁵³ successionem nemini coram penitus aperimus. Et hec non solum eis accedere censemus a substantia avi paterni naturalis, sed etiam proavi, vel eis cognationis: si quis saltem hujusmodi vocabulum in tam degeneres homines extendere maluerit. — Dat. kalend. novemb. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

In AUTHENT. de incest. nupt., § Dubitatum, col. 2, tit. 7, ad Novell. 12, cap. 4.

Quod jus locam habet, et si ante hoc consortium, legitimorum patrum sit ex alia conjugia, a qua separatus sit legitimus, vel ea mortua.

In AUTHENT. de trient. et semiss., § penult., col. 3, tit. 8, Novell. 18, cap. ult.

Sed nova constitutio non permituit hoc in ancilla, nisi ei, qui sine legitimis aliis reperiatur.

In AUTHENT. ut lib. dec., § Si quis autem, col. 6, tit. 7, al. 6, Novell. 78, cap. 5.

Nova alia constitutio hoc generaliter inducere videatur et in his, qui ex ancilla sunt, ut ex ipso dotis inscriptione simul, et libertas tribuitur, et jus suorum.

In AUTHENT. quib. mod. nat. effig. legit., § Si vero solummodo, et § Sed et aliud, col. 6, tit. 5, al. 1, Novell. 74.

Præterea qui legitimam non habet problem, sed ex hujusmodi consuetudine duntaxat naturalem: potest ab eo precibus principi datis,

⁵⁰ L. 11, infr. l. t. 1, l. 20, vers. sancimus, supr. de donat ante nupt. Inst. de nupt. in fin. N. 52, c. 8, in fin. — 31. d. 2 ult. Inst. de nupt. add. 2, Inst. de hered. quid ab int. N. 19, pr. — 32. l. 10, supr. l. 1 — 33. N. 74, pr. N. 89, c. 8. — 34. Add. L. 7, l. 16, in fin. de eo qui pro tutor. — 4. Fac. l. 5, in fin. infr. qui dare tut. — 5. L. ult. D. —

legitimos sibi constituere, et sine matrimonio, si mulier jam defuncta sit, vel deliquerit, vel occulietur, vel alias venire prohibeatur, vel quoquo modo matrimonium impeditatur, ut sacerdotio.

In AUTHENT. quib. mod. nat. effig. legit., § Illud autem, col. 6, tit. 5, al. 1, Novell. 74, cap. 2.

Item sine legitimis decedens, in testamento scribens velle se naturales filios fore legitimos successores, licentiam habeat, ut post mortem eius filii principi supplicant, testamentum ostendentes, et principis, et legis dono, sicut heredes: si tamen filii voluntatem patris amplectantur. Quod generaliter observatur: sed si alii quidem volumen legitimis fieri, alii non: volentes stant, ceteri in jure naturali remaneant.

In AUTHENT. ut liceat matri et aviae, § Ad hoc autem, col. 8, tit. 18, al. 15, cap. 2.

Si quis liberos habens naturales ex muliere libera, que uxori ei poterat esse, dicat in instrumento sive publice, sive propria manu conscripto habente subscriptionem trium testium fide dignorum, sive in testamento, sive in gestis monumentorum, hos suos esse, nec adficerit naturales, hujusmodi filii ei legitimis successores erunt. Et si uni ex multis filiis testimonium quodlibet ex predictis modis praebuerit, certe⁵⁴ ex eadem muliere natis ad legitima jura sufficiet.

12. *Idem*, A. Joanni P. P.

Cuidam, qui justum filium habebat, nepos accessit naturalis. Si nepotis nomen hujusmodi soboli legibus accommodandum esset, quereretur. Volebat enim tali naturali nepoti ex suo legitimo filio jam defuncto progenito totam [suam] substantiam relinquere, quasi sacris constitutionibus tantummodo in filiis naturalibus prohibentibus totum patrimonium, sive quantum partem voluerit, eis relinquere, et certo fine partes eorum concludentibus? Hujusmodi autem dubitatio, et in alia [dubitacionis] specie ventilata est. Quid enim, si ex naturali filio nepotem habeat avus legitimum patrem suo, vel naturale? In omnibus itaque talibus dubitationibus, cum nulla legitima consequentia in hujusmodi personis custoditur, sed interventu soboli naturalis nullum jus legitimum subesse potest, ut necessitas relinquendi aliquid eis ex legibus immineat: licet eis, quantum voluerint sua substantia in eos conferre: scilicet nulla legitima sobole subsistente. Filiis enim naturalibus relinquendi constitutiones, quantum voluerint, ideo prohibuerunt, quia virtutum paternum refrenandum esse existimaverunt. In nepotibus autem non eadem observant in prefatis speciebus custodienda est, ubi legitima soboles minime facit impedimentum. Ea enim subsistente: veterum constitutionum tenorem in naturalibus filiis, statutum, in nepotes extendimus. Sed hoc in his tantummodo sancimus, in quibus voluntate aliquid consecuti sunt. Jura enim ab intestato in avi⁵⁵ successionem nemini coram penitus aperimus. Et hec non solum eis accedere censemus a substantia avi paterni naturalis, sed etiam proavi, vel eis cognationis: si quis saltem hujusmodi vocabulum in tam degeneres homines extendere maluerit. — Dat. kalend. novemb. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XXVIII.

DE TESTAMENTARIA¹ TUTELA.

1. Imp. SEVER. et ANTON. A. Speratae.

Quem dicas tibi tutorum in testamento patronae² datum, si administratione se non³ immiscerit, nulla actione tibi tenetur⁴: neque enim iure datus tutor fuit. Quod si administraverit sponte res tuas, experiri aduersus eum actione negotiorum gestorum potes. — P. P. kal. Aug. APRO et MAXIMO CONSS. 208.

2. Imp. ANTON. A. Sabiniano.

Etsi a patre tuo testamento iure tibi tutor datus, eo tempore, quo heres exististi, in rebus humanis fuit: tamen codicillis alius tutor recte datus est, et uteque⁵ propter voluntatem testatoris tutor est: nisi testamento datum pater alium codicillis dando reprobarerit, tunc enim posterior solus tutor erit. — Dat. id. april. DUOBUS et ASPRIS CONSS. 213.

3. Imp. ALEXANDER A. Gordio et aliis.

Si tutores testamento vobis dati sunt, quanquam unus vestrum sua aetas factus sit, id est, pupillare aetatem excesserit, tutela tamen vestra

pr. D. de statu hom. — 35. Arg. l. 1, supr. de divers. respect. — 35. N. 89, c. 4. Tr. XXVIII. — 1. Lib. 20, D. 2 ult. Inst. 14. — 2. L. 28, in fin. D. h. 1. — 3. L. 1, in fin. de eo qui pro tutor. — 4. Fac. l. 5, in fin. infr. qui dare tut. — 5. L. ult. D. —

ad eum⁶ non pertinet. — Dat. 5 kalend. Jan. MAXIMO 2 et AELIANO CONSS. 224.

4. *Idem*, A. Felicianæ.

Mater testamento filiis tutores dare non potest⁷, nisi eos heredes instituerit. Quando autem eos heredes [non] instituerit, solet ex voluntate defuncte datus tutor a presidibus confirmari. Nullo vero ex his interveniente, si res pupillares, qui dati sunt, administraverint⁸: pro tutela actione tenentur. — P. P. 7 kalend. Jun. JULIANO 2 et CRISPINO CONSS. 225.

5. Imp. VALERIAN. et GALLIEN. AA. Daphnae.

Si pupillorum pater alienum servum⁹ de quo postulas, et tutorem esse voluerit, et liberum, manente tamen alio tutore pupilli [ante]¹⁰ dato: et redimi, et manumitti hunc apud presidum provincie, et curatorem¹¹ adjungi oportet. — P. P. 5 kal. Mart. SECULARI et DONATO CONSS. 261.

6. Imp. Dioclet. et Maxim. AA. et CC. Domnae.

Si tibi pater avunculum testamento recte tutorem dedit, nec is excusatus est: eum tutela judicio, tam de administratis, quam de negligitis¹² (cum administrari debent) apud competentem judicem conveni, secundum bonam fidem tibi satisfacere jussurum. — Subscripta non. April. Sirmii, CC. CONSS. 293.

7. *Idem*, AA. et CC. Triphena.

Tutela [actione] contra tutorem mota, quem [in] testamento patris in cuius fuisti potestate, datum proponis: reddi tibi, si quid debetur, competens judex adiutus jubebit. Curatorem enim inutiliter¹³ [in] testamento dari non ambigit. — Dat. 17 kalend. Maij. Sirmii, CC. CONSS. 293.

8. Imp. THEON. et VALENT. AA. Florentio P. P.

Tutores etiam græcis¹⁴ verbis licet in testamento relinquere: ut ita tutores dati videantur, ac si legitimis verbis eos testator dedisset. — Dat. prid. id. sept. THEODOSIO A. 17 et FESTO CONSS. 459.

TIT. XXIX.

DE CONFIRMANDO¹ TUTORE.

1. Imp. ALEXANDER A. Prisco.

Testamento matris² tutores dati, excusare [se] necesse³ non habent, nisi decreto secundum voluntatem defuncte, et quidem inquisitione⁴ habita dati fuerint. — P. P. 3 non. Mart. JULIANO 2 et CRISPINO CONSS. 223.

2. *Idem*, A. Valerio.

Neque per epistolam⁵, neque ex imperfecto⁶ testamento tutorem recte dari indubitate juris est. Sed voluntas patris in constituendis tutoribus, vel curatoribus in hujusmodi casibus a judice, ad cuius officium haec res pertinet, servari solet. Secundum quam vereri non debes, ne tempus antequam confirmarerit, tibi cesserit. — P. P. id. Aug. ALEXANDRO A. 2 et MARCELLO CONSS. 227.

3. *Idem*, A. Sossiano P. P.

Si (ut proponis) pupillo cuius meministi, pater inutiliter testamento tutores dedit; et priusquam hi confirmarentur, affli ab eo cujus interest, dati sunt, id quidem quod iure gestum est⁷, revocari non potest. An autem qui judicium patris habent, curatores eidem pupillo constitui debant, adiutus competens judex perspectis utilitatibus ejus estimabit. — P. P. 3 id. apr. MODESTO et PROBO CONSS. 229.

4. Imp. JUSTINIANUS A. Julianus P. P.

Naturalibus⁸ liberis providentes, damus licentiam patribus eorum in his rebus quacunque modo eis ducere, vel relinquere (scilicet intra præsumit nostris legibus⁹ modum) et tutorem eis relinquere: qui debet apud competentem judicem confirmari, et ita res gerere pupillares. — Dat. 15 kalend. apr. Constantiop. LAMPADIO et ORESTE CONSS. 530.

5. *Idem*, A. Gordio et aliis.

Naturalibus⁸ liberis providentes, damus licentiam patribus eorum in his rebus quacunque modo eis ducere, vel relinquere (scilicet intra præsumit nostris legibus⁹ modum) et tutorem eis relinquere: qui debet apud competentem judicem confirmari, et ita res gerere pupillares. — Dat. 15 kalend. apr. Constantiop. LAMPADIO et ORESTE CONSS. 530.

6. L. 2, 1, in fin. D. de tut. et ration. — 7. Confer. L. 4, D. h. t.; L. 69, 2, 2, D. de legat. testam. tutor. — 8. L. 59, 2, 2, D. de admin. et perit. tot. tit. de eo qui pro tutor. — 9. L. 2, 1, Inst. qui pet. tut. — 10. L. 2, 1, Inst. de Attil. tut. — 11. Fac. L. 9, infr. testam. tutor. — 12. L. 2, 1, Inst. si tutor non gesser. — L. 60, 2, 5, D. de ritu couf. tut. — L. 1, 2, 4, D. de admin. et perit. tit. — 13. L. 2, 1, Inst. de curat. L. 3, in fin. D. de couf. curat. tut. — L. 6, supr. de negot. — 14. Fac. L. 21, in fin. infr. de testam. — L. 11, pr. D. de legat. 5. L. 25, 2, 1, in fin. D. de reg. jur. — 8. L. 5, infr. quando mulier tutel. — N. 89, c. 14. — 9. L. 8, supr. de natural. lib.

Tr. XXX. — 1. Lib. 26, D. 4. — 2. L. 2, 1, Inst. 15, 17, 18, 19. — 2. L. 2, 1, Inst. L. 6, junta. L. 7, D. h. t. — 3. L. 5, in fin. D. 2 ult. Inst. eod. — 4. L. 2, supr. eod. — 5. L. 1, supr. eod. — 6. L. 2, 1, Inst. eod. — 7. L. 5, 5, infr. de curat. furios. — Add. L. ult. 2, 1, infr. de legit. hered. — 8. L. 20, infr. de admin. tot. — 10. Tit. Inst. de legit. patrem. tut. — 11. L. 75, D. pr. de reg. jur.

Tr. XXXI. — 1. Lib. 26, D. 6. — 2. Add. L. 7, infr. h. t.

TIT. XXX.

DE LEGITIMA¹ TUTELA.

1. Imp. Dioclet. et Maxim. AA. Firmine.

Ad avunculos² nec masculorum tutelæ ex lege duodecim tabularum deferuntur: cum sollemmodo patruis si non se excusaverint, id jus tritum sit. — P. P. 8 kalend. Jun. ipsi AA. 4 et 5 CONSS. 290.

In AUTHENT. de hered. ab intest. § Ex his, col. 9, tit. 1, Novell. 118, cap. 2.

2. *Idem*, AA. et CC. Asclepiodoto.

Sicut hereditas agnatione noui inspecta proximis desertur: sic et tutela onus comitatur emolumentum, si masculi et perfectæ sint etatis, et nulla lege prohibeatur suscipere. Quod si plures sint ejusdem gradus, et ad tutelan vocantur: jubemus communiter apud judicem convenientibus unum, vel plures eligi, et eum vel eos administrare: ut magis idoneo, vel idoneis committatur tutela, periculo tutela omnibus imminent, qui ad tutelan vocantur: et substantis eorum minoribus tacite subjacentibus pro hujusmodi gubernatione.